

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0102

LOG Titel: XLV. Convolvulus major flore albo

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

muscam pauco tempore transit. In summitate hujus herbæ flava fuscis virgata lineis eruca sedet, ab antè sex ungviculis, & à retro duobus pediculis instructa, quam ob rem corpore gibbum insignem iter faciens formabat, in finem usque Julii hac herba enutrita, fuscam in aureliam immutabatur, unde Septembre alba rubrif fuscisque lineis adornata, in volando celerissima phalænula prodiit.

XLIV. *Acaciæ germanicæ flos.*

INfima hæc brevis crassaque eruca viridis erat fuscis signata maculis, ab ante sex ungviculis, in medio octo, & à retro duobus adhæc pediculis constabat, tardigrada admodum corpus anticum aliquamdiu in altum protendebat, ac illud huc illuc vibrabat, usquequo sibi viam elegerit, hisce foliis enutrita scatulæ operculio affigebatur, ac in medio Augusti in aureliam cervini coloris sursum deorsum propendentem immutabatur, ità transformata in nonam usque subsequenter anni diem Maii permanfit, ubi papilio formosus & elegans inde prodiit in lucem flavus, cujus alæ superiores lineis nigris virgatæ, inferiores autem auriacis, cæruleisque maculis, duobus etiam oblongis aculeis retrogradis exornatæ sunt.

In hoc etiam stipite exiguarum è lucido flavescantium, & cinerearum punctis nigris notatarum crucularum genus capite pedibusque nigris constantium est reperibile, texturam magnam aranearum telæ similem conficiunt, in quam, subindè excurrentes, iteratò se recipiunt, sub finem Maii in diversi coloris aurelias immutantur, unde Junio exiles phalænulæ producuntur, quarum alulæ superiores albæ notatæ punctulis nigris, inferiores autem cum corpore, cornulis ungviculisque cinereo colore tinctæ sunt.

XLV. *Convolvulus major albo flore.*

Super hacce viridi luxuriante herbâ ingens hæc eruca nutritur, per univèrsum corpus è lucido viridi colore prædita, quo colore pariter ungviculi pediculique tincti sunt, in medio Junii folio viridi sese intexens in aureliam fuscam im-

muratur, in Augusti principio phalænula superiùs in flore exhibita prodit cinerea ferrugineo colore variegata, vespere volitat.

Ad sinistram superiùs calyci exilis è lucido viridis erucula infidet, quæ pariter hac herba nutritur, in Augustum usque per me enutrita in rosei coloris aureliam immutabatur, elapsis quatuordecim diebus ad sinistram super flore repræsentatum volitans animalculum indè prodiit, duabus à retrò oblongis, & ab ante brevibus quatuor è lucido cinerei coloris ungviculis instructum.

XLVI. *Salix rubra florens.*

TAntam Julio mensè super hac arbore reperi erucam, quæ domum meam vix deportata uni foliorum subito sese intexit, ac in aureliam ferrugineam immutabatur, in Augusti principio è lucido fusca phalænula prodiit, cujus alæ lineis fuscis virgatæ erant, vespere volitat.

In medio stipite super quodam petiolo alia conspicitur erucula, quam in medium usque Junium hisce foliis enutrivit, ubi in aureliolam aut doliolum immutabatur, octo dierum spatio talis permanens continuò portatilis horologii adinstar pulsabat, in principio Julii inde musca prorupit, cujus corpus, cum capite, cornulisque nigrum, ambæ alulæ pellucidæ, ungviculi que sex flavi fuerant.

XLVII. *Anemone flore coccineo.*

Elegantissimum hunc florem raritatis suæ gratiâ hic appixi, urticis huic erucarum generi verum in pabulum cedentibus, ejusdem quidem speciei hæ sunt erucæ, colore licet differentes, aliæ enim è lucido virides sunt. Aliæ fuscæ, singulæ tamen albis nigrisque lineis svaviter exornatæ sunt, quosdam in principium usque Septembris enutrivit, quarum aliquæ texturâ albicante confectâ fuscas in aurelias immutabantur, aliæ humi silentiosè sternebantur, fuscæ pedetentim factæ, & sursum in duas distinctas partes incurvantur, unde paucò tempore duo acari albi propebant, qui in doliola mutabantur, ex
his